COMPENDIVM

De donis, gratiis, facultatibus, & priuilegiis, concessis & de nouo dilatatis, confirmatis, & cõmunicatis à SS. Domino nostro Gregorio XIIII. Venerabili hospitali S. Ioannis Collauitæ Romæ, atq; ipsius mẽbris Congregationi Venerabilis Ioannis Dei.



B. IOANNES DEI LVSITANVS FVNDAT. RELIG. FRATRVM CVRANTIVM INFIRM.

CRACOVIÆ, Anno Domini, 1619.

COMPENDIVM

De donis, gratiis, facultatibus, & priuilegiis, cōceſsis & de nouo dilatatis, confirmatis, & communicatis à SS. Domino noſtro Gregorio XIIII Venerabili Hoſpitali Sancti Ioanins Collauitæ Romæ, atq; ipſius mēbris Congregationi Venerabilis Ioannis Dei.

Aggregationes. Cap: 96. §. 1.

SVperior vel Maior hoſpitalis, habet plenam facultatem & licentiam libere aggregandi ad hoſpitale Sancti Ioannis Collauitæ, inſtitutū Romæ, qualia voluerit alia hoſpitalia per totā Italiā, & in quocūq; alio loco inſtituta & ad inſtituendum, & illorum Rectores, gubernatorés, Miniſtri, & Officiales, eiſdem concedendi omnia qualiacunq; voluerit priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, & alia conceſſa dicto hoſpitali Sancti Ioannis Collauitæ, & aliis de iſto dependētibus, & eorum perſonis, à Sede Apoſtolica conceſſa & communicata, Gregorius XIIII. per vnum ſuū breue die 19. Aprilis 1591. anno primo ſui Pontificatus.

Alienationes. Cap: 97. §. 1.

Omnes alienationes, venditiones, locationes, de bonis hoſpitalibus Sancti Ioannis Collauitæ Romæ, & à ſuis membris, factæ ſine licentia ſedis Apoſtolicæ, nullius ſunt valoris: Sic ordinauit Eugenius IIII. in quadam Bulla ob fauorem Archihoſpitalis ſancti Spiritus, die 3. Ianuarii 1432. anno ſecundo ſui Pontificatus.

Altare. Cap: 98. §. 1.

Fratres Congregationis possunt tenere, ferre, & adoperare vnum altare portatile cum debito honore, & reuerentia, & celebrare, & facere vt celebrentur Missæ, & diuina Officia, etiam tempore interdicto, & ante diem circa auroram, in locis honestis, & idoneis, etiamsi non fuissent sacra, vel essent subiecta interdicto Ecclesiastico imposito, & promulgata à loco ordinario, dum modo non sint in causa istius interdicti, & possunt aduocare suos familiares, & domesticos, Ianuis tamē clausis, absq; sono campanarum, & sub voce excludendo primo interdictos, & excommunicatos, si aderint. Sic concessit Leo X. Archihospitali S. Spiritus, die 9. Martii, 1513. anno primo sui Pontificatus, & multis vicibus confirmauit.

Administrationes Sacramentorum. Cap: 99. §. 1.

Fratres Congregationis possunt celebrare diuina Officia in Ecclesiis suis, & celebrare, & facere vt celebrentur, & administrare Sacramenta, & sepelire mortuos. Sic concessit Nicolaus V. Archihospitali S. Spiritus, Prima Februarii 1455. anno primo sui Pontificatus, & pluries confirmauit.

Benefactores Cap: 100. §. 1.

Benefactores Ecclesiastici, vtriusq; sexus cum legauerint aliquam rem pertinentem ad Officia Diuina, donando id quod ex sua deuotione siue facultate, possunt vni hospitali dictæ Congregationis, obtinent remissionem omnium errorum, & defectuum in quos incurrerunt. Sic concessit Bonifacius Octauus, Archiconfraterni Sancti Spiritus, die 28. Iulii 1294. anno primo sui Pōtificatus.

§. 2.

Benefactores, qui in testamentis, vel legauerint, vel alia vltima voluntate reliquerint alicui hospitali prædictæ Religionis aliquam rem, possunt eligere vnum Confessarium approbatum à loco ordinario, à quo obtinent in articulo mortis plenariam indulgen-

dulgetiam omnium peccatorum. Sic concessit Honorius Tertiu Archihospitali Sancti Spiritus: In Anno Domini, 1216.

§. 3.

Benefactores participes fiunt in perpetuum Missarum, Matutinarum, Vigiliarum, Ieiuniorum, & Eleemosynarum, quæ elargiuntur in tota Religione Beati Ioannis Dei. Sic concessit Benedictus XII. Archihospitali S. Spiritus, Anno Domini, 1334.

§. 4.

Omnes qui subuenerint de suis bonis hospitalibus S. Ioannis Collauitæ, & suis membris consequuntur remissionem septimã partem de iniunctis sibi pænitentiis. Sic concessit Bonifacius IX. Archihospitali S. Spiritus, & postremò confirmauit die 18. Ianuarii 1399. Anno Octauo sui Pontificatus.

§. 5.

Exhortantur omnes Notarii, & etiam Confessarii illorum, qui exeunt ad aliam vitam, vt illis in mentem reducant, vt ob remissionem suorum peccatorum extendant manus ad tam magna & pia opera. Sic concessit Sixtus IV. Archihospitali Sancti Spiritus postremò die 22. Martii 1478. Anno 7. sui Pontificatus.

Bona, & Eleemosynæ & illarum regimine, & fraudatores & occupatores. Cap: 101. §. 1.

Superior hospitalis S. Ioannis Collauitæ potest per suos substitutos, deputatos, & Officiales recipere & recuperare omnes Eleemosynas, & promissiones, tam annuales, quàm alio modo factas hospitali prædicto, & suis membris, tam pro viuis, quàm pro mortuis, & recipere omnia vota, legata, donationes, facta vel debita, & recuperare, & exigere per quamcunq; causam illis debita. Sic concessit Sixtus IIII. Archihospitali Sancti Spiritus vltimo Augusti 1477. Anno secundo sui Pontificatus, quæ post sæpius confirmauit.

§. 2.

Notarii qui essent rogati de testamentis, codicibus, vel aliis

vltimis voluntatibus, in quibus fuissent relicta aliqua in fauorem, & commodum dictæ Religionis, & dicti hospitalis Sancti Ioannis Collauitæ, & ipsius membris non denuntiando aut reuelando totũ Superiori hospitalis prædicti, siue fuerint requisiti siue non, ipso facto sunt excõmunicati. Sic cõcessit Sixtus IIII. dicto Archihospitali die 17. Ianuar: 1477. Anno sexto sui Põtificatus.

§. 3.

Potest Superior prædictus excommunicare, & procurare vt excommunicentur omnes illi, qui celauerint, & indebitæ occupauerint bona spectantia dicto hospitali, & eius membris, erga quoscunque redditus, census, deuolutiones, instrumentis, contractis, testamentis, donationibus, obligationibus, siue alias scripturas publicas, siue priuatas, calices, libros, aut alias res ad Ecclesiam pertinentes, & qualiacunq; bona mobilia, mouentia, & stabilia, non solum autem occupatores, aut detentores, sed quosuis eorum fautores, si infra vnum terminum à superiore dicto præscriptum, integre, & efficaciter non restituerint. Sic vltimate confirmauit Gregorius XIII. Archihospitali Sancti Spiritus, die 15. Martii, 1577. anno quinto sui Pontificatus.

§. 4.

Omnes isti qui sine speciali licentia prædicti Superioris, quærunt Eleemosynas, aut faciunt res similes nomine ipsorum, ipso facto sunt excommunicati, & non possunt esse absoluti, si non à Pontifice Romano, sic præcipitur Ecclesiis ne admittantur alii Comissarii, aut deputati. si non isti qui fuerint missi expræsse à superiore S. Ioannis Collauitæ, in quo etiam & principes adoperentur brachio seculari. Sic concessit Leo X. Archihospitali S. Spiritus, die septima Martii 1514. Anno secundo sui Pontificatus.

§. 5.

Deputati missi nomine Superioris dicti, possunt promulgare excommunicatos publicè, in medio populi congregato in Ecclesia ad audiẽda diuina officia sono Campanæ, & facibus extinctis,

ctis, omnes illos qualiscunque status, qui tenent, occultant aut negant aliquam rem, pertinentē hospitali prædicto, & eius mēbris. Sic concessit Leo X. dictio Archihospitali, die & anno prædicto.

§. 6.

Deputati, substituti, Officiales, & Ministri hospitalis prædicti, qui ausi fuerint defraudare hospitale in Eleemosynis, siue in aliis qualibuscūq; subsidiis, & quocūq; modo collectis, sunt excōmunicati, & nunquā possunt esse absoluti, si inprimis non restituerint, & satis fecerint realiter, integre, & cum effectu Superiori dicti hospitalis quæ absoluti reseruatur Summo Pontifici. Sic concessit Paulus III. Archihospitali S. Spiritus, die 18. Iulii 1544. anno secundo sui Pontificatus.

§. 7.

Omnes illi qui in Eleemosynis, aut subsidiis Charitatiuis hospitalibus qualicūq; modo detinuerint, occupauerint, aut defraudauerint dictum hospitale, & ipsius mēbra, incurrunt in excommunicationem latæ sententiæ, & ipso facto sunt suspensi a diuinis, & ab ingressu Ecclesiarum, in quo comprehendūtur non solum Cōmissarii deputati, & Officiales hospitalis, sed etiam quęuis alia persona, & ista excommunicatio conseruata Sūmo Pontifici, à qua nullus potest esse absolutus quoadusq; integre, & realiter non satisfecerit. Sic concessit Leo X. Archihospitali S. Spiritus, die 17. Aprilis, 1514. anno secundo sui Pontificatus.

§. 8.

Omnes illi qui malitiose & negligenter omiserint scribere Eleemosynas, & nomina benefactorum, & illorum qui legauerint hospitali, Congregationis, eo ipso incurrunt in excommunicationem. Sic concessit Sixtus IV. Archihospitali S. Spiritus, die 17. Ianuarii, 1477. anno sexto sui Pontificatus.

§. 9.

Bona hospitalia Congregationis dictæ. non possunt esse præscripta, solum post sexaginta annos. Sic concessit Sixtus IV. Archihospitali dicto, die & anno quo supra, & deinceps confirmauit

mauit, die 22. Martii 1478. anno septimo sui Pontificatus, & sæpius. vide prope Confessorum. §. 3.

Sacellæ, Oratoria, Cap: 102. §. 1.

Possunt fratres errigere in suis hospitalibus, atq; locis ob vsum suum, & illorum familiæ, oratoria, Sacella, sed non possunt celebrare, sine loci ordinarii licentia. Sic concesit Leo X. Archihospitali Sancti Spiritus, postremò die 21. Martii 1519. anno septimo sui Pontificatus.

Capitulum Generale. Cap: 103. §. 1.

Sixtus V. die prima Octobris 1586. anno secundo sui Pontificatus, confirmans omnia priuigelia concessa Congregationi ab ipsius antecessoribus, concesit fratres posse pro tempore vẽturo celebrare Capitulum Generale, vti aliæ Religiones approbatæ à Sancta Sede Apostolica, vbi posint determinare negotia Religionis, facere statuta, & ordinationes ei pertinentes, & eligere Generalem, qui sit Caput, & habeat iurisdictionem supra omnia membra, & hospitalia dictæ Religionis.

Communicationes bonorum, Cap: 104. §. 1.

Fratres participes fiunt omnium ieiuniorum, aliorumq; quorumuis spiritualium bonorum, & operum piarum, quæ cum tẽpore in toto mundo exercentur, in omnibus Religionibus, & Cõgregationibus, & qualibuscunq; locis piis. Sic concesit Iulius III. Confraternitati Charitatis Romæ, & Archihospitali S. Spiritus in Sasia Romæ, sicuti apparet in ipsius priuilegiis, fol: 135. & fol: 140.

Communicationes priuilegiorum, Cap: 105. §. 1.

Fratres consequuntur, omnes facultates, indulgentias, autoritates, fauores, & gratias spirituales, & temporales concesæ à multis summis Pontificibus Archiconfraternitati Charitatis Romæ, Societati Imaginis Saluatoris in Sancta Sanctorum, Societati S. Iacobi in Augusta, S. Ioannis Baptistæ, & Sanctorum Cosmi, & Damiani, Nationi Florentinæ, de Campo Sancto Romæ, S. Iacobo

cobo

cobo Compostelle, & S Mariæ de Populo Romæ, aut si sint iam concessæ, aut concedendæ à futuro aliquo summo Pontifice. Sic concessit Iulius III. Archihospitali S. Spiritus, die 22. Octobris 1552. anno tertio sui Pontificatus.

§. 2.

Participant & gaudent omnibus priuilegiis, & gratiis tàm spiritualibus, quàm temporalibus concessis, & quæ concedentur omnibus hospitalibus Romæ, vide Bullam Gregorii XIIII.

§. 3.

Gaudet Ecclesia S. Ioannis Collauitæ, domus, hospitale, Superior administrator, gubernatores, Capellani, famuli, Fratres, & alii aggregati, omnibus gratiis prærogatiuis, priuilegiis, & immunitatibus, tàm spiritualibus, quàm temporalibus concessis, & quæ concedentur hospitali Imaginis Saluatoris in Sancta Sanctorum, Charitati, Archihospitali Sancti Iacobi in Augusta Romæ, & S. Spiritus in Sasia, Confraternitati Corporis Christi, de Sacramento, de Campo sancto, & Archihospitali orphanorum, & aliis Confratribus, & Cōfraternitati Romanæ, & fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum, & suis deputatis, & Officialibus. Sic cōcessit Pius IV. die 7. Martii, 1561. anno secundo sui Pontificatus, hospitali, & confraternitati S. Rochi Romæ, sicut in ipsius priuilegiis, & Bullis apparet.

Confessionalium, Confessores, & electio Confessoris,

Cap: 106. §. 1.

Superior potest concedere Confessionalia, seruato tamen modo Concilii Tridentini, illis membris, hospitalibus, & locis, quæ aggregauerit, instituerit, aut errexerit. Sic concessit Clemēs VII. Archihospitali S. Spiritus, die 27. Nouembris, 1523. anno sexto sui Pontificatus.

§. 2.

Omnes illi qui ausi fuerint recipere aut appropriare rem aliquam, tam in audiendis Confessionibus, quàm in omni alio exercitio, cernentes in negotiis damna, & interessis hospitalium dictæ Re-

ctæ Re-

ctæ Religionis, vltra portiones illis assignatas, ipso facto sunt excommunicati. Sic concessit Leo X. Archihospitali Sancti Spiritus, die 17. Aprilis 1515. anno tertio sui Pontificatus.

Confirmatio priuilegiorum, Cap: 107. §. 1.

Gregorius XIIII. die 19. Aprilis 1591. anno primo sui Pontificatus, vno suo motu proprio confirmauit omnia priuilegia, gratias, & prærogatiuas, concessas à Pio quinto dictæ Congregationi, prima die Ianuarii 1571. anno primo sui Pontificatus, à Gregorio XIII. die 12. Mai 1576. anno quarto sui Pontificatus, à Sixto V. die 10 Iunii, 1585. anno primo sui Pontificatus, & secundo anno die prima Octobris 1586.

§. 2.

Possunt etiam tempore interdicto curare vt celebrentur Missæ in Ecclesia S. Ioannis Collauitæ, & administrare Sacramenta omnibus fidelibus Christianis, & pauperibus fratribus, qui infirmabuntur, excepta Communione Paschali Resurrectionis, talis licentia erat facta hospitali S. Rochi, vti apparet in ipsius summario, Num: 18.

§. 3.

Si occurreret mori tempore interdicto fratribus, possunt sepeliri in Ecclesia, & morientes pœnitentes, remittuntur illis etiam peccata oblita, quantū concessit Sedes Apostolica, & possunt sepeliri cum pompa funebrali moderata, secundum qualitates personarum, etiamsi fuisset interdictum impositum autoritate Sedis Apostolicæ, potest etiam in Ecclesia aut Capella dicti hospitalis Sancti Ioannis Collauitæ, & in aggregatis, in præsentia corporis defuncti fratris, celebrari, & facere vt celebretur Missæ, & alia diuina officia à quouis præsbytero, Ianuis tamen clausis, talis licentia fuit facta à Sixto IV. & deinceps confirmata Archihospitali S. Spiritus, die 22. Martii, 1478. anno VII. sui Pontificatus, à Gregorio XIII. Congregationi Beati Ioannis Dei, die 12. Maii 1576. anno quarto sui Pontificatus.

Constitutiones, Cap: 108. §. 1.

Consti-

Constitutiones, Statuta, & ordinationes factæ in Capitulo Generali Congregationis dictæ, quæ non sunt contrariæ doctrinę Apostolicæ, traditionibus Patrum, aut Constitutionibus Apostolicis, debent inuiolabiliter obseruari ab omnibus, & etiam ab hospitalibus dictæ Religionis, pro quorum bono regimine, & directione Christiana sunt factæ Sic concessit Sixtus V. prima Octobris, 1589. anno secundo sui Pontificatus.

Dispensationes, Cap: 109. §. 1.

Fratres Congregationis, & aggregati, possunt licite esse dispēsati à Superiore prædicto (si erit sacerdos) & facti idonei, & apti ad omnes ordines sacros, & ministerio altaris, & recipere, & retinere qualemcunque dignitatem, atq; beneficia Ecclesiastica, solummodo compatiatur alterutrum: & possunt esse præpositi, & præsidentes Monasteriorum, Ecclesiarum Cathedralium, Metropolitanarum, & Patriarchalium, etiamsi fuissent inligati de censuris, & sententiis, per quas incurrerent irregularitatem, excepta bigamia, homicidio voluntario: & ista potestas concessa solum modo illis qui confessi fuerint Romæ, Sic concessit Sixtus IV. Archihospitali Sancti Spiritus, & deinde confirmauit die 22. Martii 1478. anno VII. sui Pontificatus, quod intelligitur in irregularitatem per delictum occultum, secundum dispositionem sacri Concilii Tridentini in Ses: 24. cap: 6. de reforma.

Exemptiones. Cap: 110. §. 1.

Hospitale S. Ioannis Collauitæ, Congregationis Beati Ioannis Dei, & sua membra, & omnia mobilia dicto hospitali, & ad sua membra pertinentia, sunt immediatè subposita protectioni Sedis Apostolicæ. Sic motu proprio concessit Nicolaus V. Archihospitali Sācti Spiritus in Sasia prima Februarii 1455. anno primo sui Pontificatus.

§. 2.

Idem hospitale, & sua membra, loca, & bona tàm mobilia, quàm immobilia, sunt libera ab omni grauamine, quæ procedūt

ratione fructuũ locorum, aut telloneĩ & etiam ab obligationibus soluendi decimas, tàm directę quàm indirectę, sub qualicunque prætextu impositæ autoritatę Apostolicæ Sedis, cum dictum hospitale, & ipsius membra, sint immediate sub protectione Sedis Apostolicæ. Sic concessit Archihospitali Sancti Spiritus Vrbanus IV. Anno Domini 1264. anno VI. sui Pontificatus.

§. 3.

Supradicti sunt exempti à prælatis, à quibus non possunt esse citati ad iudicium, tàm directo, quàm indirecto modo, vel ob debitum, vel ob alium contractum: nec possunt esse excommunicati, siue suspensi, siue interdicti, nec alia qualicunq; censura puniti, aut sint ordinarii, aut legati, aut delegati à Sede Apostolica, excepto quod expressa fiat mentio in litteris de dicta immunitate, aliter omne quod erit factum aut scienter, aut ignoranter erit vanum, & cassum, & nullius valoris, eiusmodi licentia erat facta Archihospitali S. Spiritus à Nicolao V. die 17. Màrtii 1456. anno secundo sui Pontificatus.

§. 4.

Non possunt dicti Religiosi excommunicari solummodo à Summo Pontifice, nec possunt esse coacti ire ad procesiones, Synodos, solum non sint Generales. Sic concessit Archihospitali S. Spiritus, Sixtus IV, die 17. Ianuarii 1477. anno sexto sui Põtificatus, & post pluries, anno septimo 11. & 13. sui Põtificatus.

§. 5.

Iidem fratres non obligantur soluere portionem Canonicam. Sic concessit Archihospitali S. Spiritus Alexander IV. die 12. Iunii & die 22. Iulii 1256. anno secundo sui Pontificatus, quod fuit deinceps confirmatum à Bonifacio IX. pluribus vicibus, & particulariter die 18. Ianuarii 1399. anno octauo sui Pontificatus.

§. 6.

Non possunt esse prædicti coacti ad iuramentum, aut testificandum, secundum priuilegium concessum ab Eugenio IV. Monachis sanctæ Iustinæ, quod fuit communicatum & confirmatum,

matum, Archihospitali S. Spiritus à Sixto IV. vltima Augusti, 1473. anno secundo sui Pontificatus, & post sæpius.

§. 7.

Sunt liberi, & exempti ab omnibus dotis, telloneis, præsentibus, & futuris, in omnibus rebus pertinentibus ad victum, & sustentationem illorum, & regimen infirmorum, & pro omnibus illorum bonis. Sic concessit Leo X. Archihospitali Sancti Iacobi in Augusta, die 19. Iulii, 1515. anno tertio sui Pontificatus, vti apparet in summario dicti Archihospitalis Num: 3. priuilegiorũ.

Interdictum, Cap: 111. §. 1.

Tempore interdicti, in loco deputato nomine superioris hospitalis S. Ioannis Collauitæ, aperientur Ecclesiæ, & hi fratres vel aggregati, qui morientur illo tempore, pœnitentes, etiam illis remittentur peccata oblita, in quantum concedit sedis Apostolica, & sepelientur in Ecclesia, tamen sine pompa funebrali. Similis licentia erat facta à Sixto IV. Archihospitali S. Spiritus, sicut patet in suo Compendio, Cap: 1. Num: 5.

§. 2.

Eiusmodi priuilegium etiam concessit Gregorius XIII. die 12. Maii, 1576. anno 4. sui Pontificatus, hospitali Congregationis, & vult vt corpora Administratorum, Rectorum, & Gubernatorum, Fratrum, Ministrorum, famulorum, familiarium, infirmorum, pauperum, & aliarum personarum dicti hospitalis, possint tempore qualicunq; interdicto, etiamsi fuisset impositum auctoritate sedis Apostolicæ, & quauis cessatione officii diuini, cum pompa funebrali moderata, seruata qualitate personarum sepelire in loco sacrato, & in altari Ecclesia, aut Capella dicti hospitalis, Ianuis tamen clausis, in præsentia supradictarum personarum possunt celebrari Missæ, & alia diuina officia, à quolibet præsbytero, quæ etiam possunt audiri.

Superiores. Cap: 112. §. 1.

Superior habet autoritatem visitandi, reformandi, & deputandi

candi Rectores hospitalium, & Commissarios. Sic concessit Sixtus IV. Archihospitali S. Spiritus in Sasia, sicut apparet in compendio priuilegiorum ipsorum Cap: 2. Num. 9. & Sixtus V. Congregationi dictæ, prima Octobris 1586. anno secundo sui Pontificatus.

§. 2.

Omnia hospitalia erecta sub titulo Beati Ioannis Dei sunt subiecta Superiori prædicto, qui habet autoritatem excommunicandi suos subditos, & sua excommunicatio erit semper firma, & stabilis. Sic concessit Iulius III. Archihospitali S. Spiritus, die 22. Octobris 1552. anno tertio sui Pontificatus.

Famuli. Cap: 113. §. 1.

Familiares, famuli, & aliæ personæ dicti hospitalis, non possunt esse interdicti, excommunicati, suspensi, aut subiecti alteri, & aliis personis, quàm sedi Apostolicæ, ob protectionem sub qua sunt. Sic concessit Leo X. Archihospitali Incurabiliũ Romæ, die 1, Augusti 1515. anno tertio sui Pontificatus.

§. 2.

Si aliquis Clericus secularis, cum licentia tamen sui ordinarii, voluerit seruire hospitali *S.* Ioannis Collauitæ, aut aliquo de suis membris, sponte, sine aliquo præmio, non possit impediri per biennium, neq; interim perdet suum beneficium, tantum modo non sit curatus secundum Concilium Tridentinum. *Sic* concessit Nicolaus V. Archihospitali *S. S*piritus, & confirmauit die 15. Martii, 1456. anno secundo sui Pontificatus.

Hæc omnia ex motu proprio, S. D. N. Paulus Papa V. die XVI. Martij, 1619. Anno decimo quarto sui Pontificatus Religioni Beati Ioannis Dei concessit atq; confirmauit.

F I N I S.